



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Scientia Salvatis, Sive Considerationes Piæ, Præcipuam
Spiritualis Vitæ Materiam complectens**

Laberhittel, Samuel

Ingolstadii, 1660

116. Feria 5. De reliquis Christi verbis in Cruce.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-59837](#)

Filiū non liberaret, nec mitigaret extre-
mos morientis dolores, tristias, & agoniam,
ab horto hucusque continuatam cum sub-
tractione solatij, & quod Divinitas permise-
rit humanitatem pati, quae derelictio propri-
fuit solius Christi specialis, & unici Filii Dei,
qui tacuit dolores omnes reliquos, hanc uni-
cam derelictionem pie questus est, & medi-
tandam ejus causam proposuit: **V T Q V I D,**
seu, quare DERELIQVISTI ME? ad hoc
quare solus ille respondebit, qui peccati ma-
litiam, Dei justitiam, & nimiam Charitatem
comprehenderit. Maluit Filius Dei à Patre
deseri, quam ut nos derelinqueret. Magnus
est amor hominis relinquentis Parentes suos,
at quod Filius DEI relinquat propter nos Pa-
trem suum, quis hoc explicet? Fuit hic Chri-
sti perfecta spiritualis solatij abnegatio, & in
desolatione quantumvis gravissima, con-
stans Dei adhaesio. Quantumcunque igitur
Deus me offendit, Pater est, inquit D. Ambr.
in Psalm. 39.

MEDITATIO CXVI.

Feria 5. Dom. Palmar.

De reliquis Christi verbis in cruce.

Aspiciam D. Jesum in cruce toto meridie
pendentem, juxta illud D. Augusti Homilie
8, de S. Steph. de Christo loquentis: *Caro*

202 *Perias. Dom. Palmarum.*

pendebat, sed Deus intus latebat: audiamque
reliqua verba proferentem? Ex ijs utilem do-
cimam elicere petam.

Cons. Verbum 5. Postea sciens Dominus
quia omnia consummata sunt, ut consummaretur
Scriptura, dixit: **S I T I O.** Vas ergo erat possum
acetum plenum: illi autem spongiam plenam acce-
pisse: pocircumponentes obtulerunt ori eis, Joan.
19. sive ut ceterus moreretur, quia hyssopus
lethalis est, ait Theophylact. sive ut cruciatus
protaheretur: acetum enim sicut sanguinem.
Siciebat vere Dominus, non ideo tamen si-
lentium rupit, sed ut constaret eum impluisse
omnes Scripturas. Verum cur isti sicut labio-
rum contactu solum irritantur, cur non ad-
motis brevibus scalis, quibus titulo figendo
usi fuerant, poculum offerunt? O quante
fuerint sordes in illa sponge, inter carnificia
feralia instrumenta projecta! quis illam non
horreat? Adde quod apposuerint hyssopum,
plantam austeri succi: adeoque undique in
delicias pugnatur ad victoriam sui, doctaque
Dominus & in minimis patientiam. Fuit huic
Christi perfecta sui in defectu corporalium
ecessitatum abnegatio.

Cons. Verbum . Cum ergo accepisset Iesus
acetum dixit: **C O N S U M M A T U M E S T.** Joa-
n. 19. Duo erant commissa Christo a Patre: pa-
tronis & docege; sed Joann. 17. perfecerat: Opus
consum

consummari, quod dedisti mihi, ut faciam: mani-
festari nomen tuum hominibus. de illo jam lo-
quitur: *Consummatum est.* Finitus est cursus
vitæ meæ, ac dolorosæ Passionis. Quidquid
voluerat Pater, quidquid erat in me vitium,
quidquid ad summam perfectionem homi-
num pertinebat, consummatum est: hujus
verbi effectum impedit, qui non facit simili-
ter. Fuit hic Christi perfecta ad omnia resi-
gnatio; quæcunque ei Pater commiserat, ex-
plendo usque ad finem perfectum omnia.

Conf. 7. Verbum Christi, in hac vita mor-
tali ultimum: *Iesus autem iterum clamans voce
magnum, Matth. 27. emissa voce magna. Marc. 15.
PATER, IN MANVS TVAS COMMEN-*
DO (Græcè tradam) SPIRITVM MEVM:
Et hec dicens inclinato capite tradidit spiritum.
Joan. 19. emisit spiritum. Matt. 27. expiravit.
Marc. 15. Luc. 23. Hæc fuit Christi cum cla-
more morientis oratio ultima, quâ vitâ per-
dere maluit, quam patientiam. Inclinato ca-
pite clamans tradidit spiritum. *Quis ita dor-*
mit quādo voluerit? quis ita vestem ponit quan-
do voluerit, sicut se carne excut, quando voluit?
quis ita, cùm voluerit, obiit, quomodo ille, cùm
voluit, obiit? quanta speranda, vel timenda est
potestas judicantis, si apparuit tanta morientis?
hæc D Aug Tr. 119. in Joan. Clamat igitur,
ut innescat, quòd fuerit plus quam homo:

204 Feria 5. Dom. Palmar.

quia moriebatur, non ut homo, lente defi-
ciendo, quod movit Centurionem, ut Filium
Dei confiteretur: atque ad indicandum his
clamoribus obedientiam suam, desiderium
salutis hominum, amorem suum erga Deum,
& promptitudinem, quā vitam dabat: ideo
ait Tertul. contra gentes, *Spiritum cum verbo*
dimisit, prevento carnificis officio. S. Athan ad-
dit. *In eo spiritu omnes homines apud Patrem*
deponit, commendat per ipsum, & cum ipso. Fuit
hic Christi perfecta Corporis, Animæ, o-
mniumque rerum temporalium & spiritu-
lium, quæ Deus non sunt, resignation. O
quām bonum, esse in manu Dei! Nihil un-
quam melius mei est, quām dum totum Dei
est. Extincto calore naturali, dicitur corpus
mortuum: extincto amore proprio, verè
mortui sumus. Extinguitur amor proprius
imitatione septem resignationum Christi du-
plici meditatione propositarum. Egōne u-
aliquid ei negem? qui pro me dedit omnia
cum vita etiam in SS. Eucharistia, quam D.
Paschal. de Pass. Dom. vocat *Natalem Cali-*
cis, D. Cypr Mortificationis exemplū de Passiō.

MEDITATIO CXVII.

Feria 6. Dom. Palmar. seu Parasceve,

Omnis passio mea, collata Passioni
Christi, nihil est.